

---

dem pro lubitu sive in suppedaneo, sive infimo gradu Altaris. (*S. R. C.* 18 junii, 1885).

---

Preces a Summo Pontifice Leone Pp. XIII præscriptæ recitandæ sunt immediate expleto ultimo Evangelio. (*S. R. C.* 23 novb. 1887).

---

Quum post missas privatas pro defunctis aliquæ preces indulgentiis ditatæ ex adprobata consuetudine recitantur, preces a Leone XIII præscriptæ omitti non debent sed aliæ pro defunctis adjici valeant. (23 junii 1893 *S. R. C.*)

Sacerdos qui tres missas consecutivas celebrat in die Nativitatis, seu in die 3 Novembris, ubi fas est., preces præscriptas recitabit tantum in fine ultimæ Missæ. (*S. R. C.* 10 maii 1895, et 11 dec. 1896).

---

11 mars 1903.

*On doit regarder comme valide une ordination de prêtres à qui l'on a présenté un calice où l'eau mélangée au vin dépassait un peu la cinquième partie.*

Beatissime Pater,

Occasione cujusdam sacræ Ordinationis, compertum fuit in calicem, qui ad Ordinationem Presbyterorum fuerat adhibitus, a ministris infusum fuisse cum vino tantum aquæ, ut credatur hæc paulo superasse quintam partem. Hisce positis, quæritur.

